Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31270
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



58

quis prior dedit illi & retribuet ei & retribuet
ei. Quia ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia.
Ipsi gloria in secula amen. O bsecro uos fratres
per misericordiam dei ut exhibeatis corpora uestra hostiam
uiuentem sanctam deo placentem rationabile
obsequium uestrum. Et nolite conformari huic
seculo sed reformamini hac innouatione sensus
uestri. ut probetis quae sit uoluntas dei bona
& bene placens & perfecta. Dico enim per gratiam
quae data est mihi omnibus qui sunt inter uos non
plus sapere quam oportet sapere sed sapere
ad sobrietatem. & unicuique sicut deus diuisit
mensuram fidei. Sicut enim in uno corpore
multa membra habemus. omnia autem membra
non eundem actum habent. ita nos cum multi
simus singuli autem alter alterius mem
habentes autem donationes secundum gratiam quae
data est nobis differentes. siue prophetiam
secundum rationem fidei. siue ministerium in
ministrando siue qui docet in doctrina
qui exhortatur in exhortando qui tribuit
in simplicitate. qui preest in simplicitate
qui miseretur in hilaritate. Dilectio
sine simulatione. Odientes malum. ad
herentes. Caritate fraternitatis inuicem di
lligentes. honore inuicem preuenientes.
Sollicitudine non pigri. Spiritu feruentes
domino seruientes. Spe gaudentes. in
tribulatione patientes. Orationi in
stantes. necessitatibus sanctorum communicantes